



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 80. Facultatis Supplicatio ad Senatum pro impedienda confirmatione  
edicti in Mense Januarii conditi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

Sæcul. XVI tur, ac proin perlegi prohiberentur. Idem  
A C. 1562. quoque in alio conventu die septima  
 Novembris habito fuit confirmatum, ubi  
 etiam Buthellieri Catechismus prohibi-  
 torum librorum indici fuit inscriptus.

Eodem anno duo Vicarii Generales  
 Parisiensis Episcopi Magistratibus Pari-  
 fini Senatus in hæreticos inquirendi  
 facultatem concedebant.

### §. LXXX.

*Facultatis supplicatio ad Senatum  
 pro impedienda confirmatione  
 edicti in Mense Januario  
 conditi.*

*Argentre  
 pag. 235.*

Quoniam Franciæ Rex, ut supra me-  
 minimus, Mense Januario edictum  
 promulgaverat, vi cuius prima vice  
 Calvinistis permittebatur, ut extra ur-  
 bes, Regnique suburbia suas declama-  
 tiones habere possent, & tum nequi-  
 dem hujus Regni Metropolis excipere-  
 tur, hinc Facultas pro Religionis Regni-  
 que utilitate conventu habito decerne-  
 bat, Regem perdemisse rogandum esse,  
 ut hujus edicti promulgationem prohi-  
 beret: eapropter illa libellum suppli-  
 cem Regio Senatui porrexit, ut Patres  
 eo induceret, quatenus hanc legem ad  
 tabulas referre recusarent. Hujus  
 libelli tenor erat sequens: „nos Reffo-  
 res,

Sæcul. XVI.  
A.C. 1562.

„res, totaque Universitas Parisiensis in-  
 „telleximus, Regiae Aulæ non ita pri-  
 „dem in favorem seditionis hæreti-  
 „corum, atque in publicæ tranquilli-  
 „tatis perturbatorum gratiam edictum  
 „ad normam generalis veniæ conce-  
 „ptum, quod præfatæ Universitati, ac  
 „Reipublicæ Christianæ oppido perni-  
 „ciosum est, fuisse porrectum: hæc con-  
 „siderantes humillime supplicamus, ut,  
 „priusquam ad hujus edicti, ac Regii  
 „diplomaticis promulgationem proceda-  
 „tis, præcipere velitis, ut præfati Ora-  
 „tores audiantur, hacque ratione ubi-  
 „rius suas rationes, ac studia exponere  
 „valeant... Evidem Senatus hunc  
 libellum acceptabat, ac Facultatis pre-  
 cibus deferre paratum sese exhibebat;  
 cum autem Rex binis literis Senatum,  
 ut hoc edictum ad acta referret, jussis-  
 set, tandem etiam hic consensit, ad-  
 dita tamen hac declaratione, quod Se-  
 natus ad id nonnisi temporum injuria  
 fuisse compulsus.

### §. LXXXI.

#### *Socinianæ hæresis progressus.*

Interim Socini hæresis, de qua jam  
 alibi meminimus, ab Anno Christi  
 millesimo quingentesimo sexagesimo  
 primo ingentes in Polonia progressus  
 fecerat; hujus enim impiæ sectæ fau-

B b b 3 tores